



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

An perfici sequenti die prædictum sacrificium possit. n. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

præbere : de quare nos alibi egimus, a.

§. Nota Quarto, secundum sacerdotem debere incipere inde, ubi primus desierat, si id scire potest; quod si non possit, vide apud Suarium : b cum enim raro possit evenire in praxi, ut saltem ex Ministri relatione id non sciatur, non est necesse, hac in re, pluribus, immolari,

*An perfici sequenti die prædictum
Sacrificium possit.*

Ubi vindicatur Emanuel Sa.

6 Sed quæramus, quid fiet si nulus adsit, qui Missam perficere eodem die possit, adsit tamen, qui a loco distantiori vocatus, die sequenti possit Emanuel c Sa. in genuina impressione, sic de hac re differit.

a In Opus. de Exped. comm. c. 6, §. 6. num. 3. b Suar. dub. 85. de Sacr. sec. 5. §. 5. denique. c Sa. v. Missam. 38.

xix. *Quod si desit, qui Missam perficiat, sequenti die perficiatur, aut sumatur ab alio Sacerdote, in alia Missa Sacramentum.* Non placuit hoc dictum ei, qui illum expurgavit, quare sic reposuit. *Quod si desit, qui perficiat, sequenti die sumatur ab alio in alia Missa Sacramentum.* Citatque Suarium, D. Thomam, Azorium, Sorum, & Toletum. Hinc ergo oritur quaestio, an opinio genuina auctoris dicentis posse perfici die sequenti praedictam imperfectam Missam, sit probabilis, ac propterea, immemorato, expuncta?

7. Certè non video, cur possit eodem die perfici, ut omnes concedimus, immo iniungimus, etiam post sex vel septem horas, ut conringeret, si defectus occurreret summo mane, & Sacerdos supplementus inveniretur circa meridiem; non possit autem die immediate sequenti, illa enim mora in tali defectu non debet judicari longa, ita ut continuari eadem Missa non possit

fit die
Vene
exhib
præce
tur co
teriti,

Dix
parte
aliqua
recte c
illud Sa
ta dicta
sa, ut h
docuit
dixit se
natur.

8. N
Expurg
Sorum
sequen
sed solu
mi poss
cramen
sed solu
sentent